



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

36. De excommunicationibus reseruatis in Cleme[n]tinis, & in  
extrauagantibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

cidendi dant licentiam, sed etiam capiendi aliquem prædictorum.

Tertiò, qui etiam dant licentiam grauandi aliquem prædictorum, vel in personis, vel in bonis suis, vel suorum.

Quarto, excommunicantur etiam, qui tali licentia vtun-  
tur.

Et tandem quintò, qui etiam sine licentia, sed ex se aliquid  
prædictorum faciunt.

Aduerte tamen unam limitationem: qui enim in bonis no-  
cuerunt illa occasione, & intuitu, non statim sunt excommu-  
nicati, nisi intra octo dies restituant, & satisfaciant omnia; si  
enim id præstant, non contrahunt censuram. Similiter qui de-  
derunt licentiam, si in re integra reuocarunt, non contrahunt:  
alias ipso iure excommunicati sunt.

*De excommunicationibus reseruatis in Clementinis, &  
in Extrauagantibus.*

C A P V T     X X X V I .

**P**rima excommunicationis habetur in Clem. 1. de hære. §.  
verum 2. Inquisitores, & in officium inquisitionis ab In-  
quisitoribus, vel Episcopis substituti, qui odij, gratiæ, seu  
amoris, lucri, commodiue alicuius temporalis obuentu con-  
tra iustitiam, & conscientiam suam omittrunt contra quem-  
quam procedere, vbi procedendum est, aut alicui imponunt  
hæresis prauitatem, aut proprieatatem ab eius officio impe-  
diunt, & super hoc quoquomodo cum vexant, sunt ipso iure  
excommunicati, nec ab alio, quam a Papa absoluendi, nisi in  
mortis articulo; nec tunc, nisi premissa satisfactione, si fieri  
poterit: & si Episcopi fuerint aliquid prædictorum facientes,  
vel Episcopi superiores, non contrahunt excommunicatio-  
nem, sed suspensionem ab officio per triennium.

Aduerte tria necessaria simul ad contrahiendam hanc ex  
communicationem; Ut contra iustitiam faciant; Et, ut etiam  
scienter, seu contra propriam conscientiam, intelligendo con-  
tra conscientiam; Et ut aliquo fine ex præscriptis in textu. V-  
no horum deficiente, non contrahitur censura, vt norat ibi  
Gloss. ver. obtenu.

Secunda excommunicationis habetur in Clem. religiosi, in prin.  
de privileg. vbi Religiosi contra Papalem excommunicatio-

H                    nem,

nem, qui clericis, aut laicis sacramentum vñctionis extera vel Eucharistiae ministrant, vel matrimonia eorum solecant, non habita prius parochialis presbyteri licentia specie li; & hoc procedit etiā, si administratio fieret in articulo mortis secundum Card. in d. Clem. qu. . etiam in defectu parochi. vt notat Siluest. verb. excommunicatio. 7. cas. 14. Excommunicantur etiam, qui excommunicatos à canone, præterquam casibus in iure expressis, vel per privilegia Sedis Apostolica concessis: vel à sententijs per statuta prouincialia, aut synodia promulgatis; vel à culpa, & pœna quemquam absoluuntur. Ista intellige remotis privilegijs. Et nota ex Clem. verb. à canone. non extendi hoc ad eos, qui absoluere presul excommunicatos ab homine: sed à iure, seu canone tantum nec ad eos, qui ministrant dicta sacramenta parochianorū centi se habere licentiam à presbytero parochiali. Glossa Clem. verb. habita.

Tertia excommunicatio habetur in Clem. si quis suadente de pœnis, vbi percussores Episcoporum cum alijs generis personarum excommunicantur, tamen in Bulla Cœlesti hanc Clementinam explicauimus.

Quarta habetur in Clem. cùpientes de pœnis, vbi eandem excommunicationem contrahunt Religiosi, vel clerici, qui inducunt aliquem ad iurandum, vel vouendum, vel promittendum, vt sepulturam apud eorum Ecclesiæ elegant, vel immixtam non immutent. Vbi nota, ad hanc contrahendat debere esse Religiosos, vel clericos seculares. Rursus, debet inducere ad vouendum, iurandum, vel promittendum; simpliciter enim inducere, vt eligat, non satis est. Rursus, ve inducunt ad sepulturam eligendam, vel non immutandam apud eorum Ecclesiæ: nam si vnius Ecclesiæ inducat aliquem ad vouendum eligere sepulturam alterius Ecclesiæ, non propterea contrahit excommunicationem hanc, sicut nec is, cui nec Religiosus, nec clericus est, quamuis inducat ad vouendum, iurandum, vel promittendum.

Quinta excommunicatio habetur Clemensi. grauis. de sententijs excomm. vbi eandem excommunicationem contrahunt dominii temporales, & quicumque, qui quomodolibet cogunt aliquem in loco interdicto celebrare diuina. Similiter qui per præcones faciunt populum ad illa audienda conuocant. Et qui similiter nunc hos nunc illos ad audientiam eandem conducunt. Et qui prohibent, ne publicè excommunicati, vel

inten-

externa  
solemn  
a speci  
culo mo  
paroch  
minus  
quam  
ostolm  
synod  
bsolut  
ex G  
orces  
tanu  
hianol  
doff.m  
s suade  
generu  
xeniu  
i eande  
erici, y  
l prom  
t, vel ian  
hendam  
is, debet  
um; sim  
, vt indu  
andama  
aliqua  
non pro  
ecis, qu  
ouenda  
s. de sen  
hum do  
t cogua  
liter qu  
nuocan  
eandem  
cati, ve  
inten

interdicti super hoc per illos, qui Missas celebrant, moniti ab Ecclesijs exeat. Similiter etiam ipsi nominatim moniti, cum sint excommunicati non excentes, contrahunt hanc excommunicationem Papalem.

æxtra habetur in extrauag. &c si Dominici gregis. de pœnitentiâ. & remissio. & cest Xysti IV. Excommunicantur omnes illi, qui prætextu Confessionalium, vel gratiarum concessarum ab ipsomet Xysto presumunt absoluere Simoniacos, mutilatores, vel occisores existentium in sacris, violatores Ecclesiastice libertatis, & demum a casibus reseruatis in Coena. Similiter excommunicantur, qui prætextu eodem dispensant in voto castitatis, Religionis, Hierusalem, Sancti Iacobi, & Sancti Petri Romæ, nisi in prædictis gratijs fiat horum expressa mentio, & derrogatio huius extrauagantis. Aduerte non excommunicari hic eos, qui prædicta faciunt, eriath si male faciant, nisi id faciant prætextu dictorum Confessionalium, &c.

Septima habetur in extrauag. detestandæ, de sepulturis. Excommunicantur illi, qui cadavera hominum exenterant, incidunt in frustra, elixant, carnes ab ossibus separant, & excutiunt, ut prædicta ossa in sepulturam distantem transferant.

Aduerte primò, non habere locum hoc, quando sit in terris Infidelium, vt ossa in terras fidelium transportentur, ita habetur in eadem extrauag.

Secundo, aduerte ex Siluest. excommuni. 7. §. 79. non habere locum in his, qui ista faciunt in corporibus viuis, nisi in cadaveribus, nec etiam quando id sit in odium, seu vindictam, vel in superstitionem, vel ratione anathomiae; debet enim fieri ad transportandum cadaver in sepulturam remotam.

Aduerte tertio, ex Cate. v. excomimun. c. 70. non habere locum, quando exenterant corpora Nobilium, & Principum, quia id sit, ut conseruentur corpora, non ut transportentur, quamvis possumus dicere, in hac extrauaganti excommunicari non eos, qui solum exenterant, sed qui scindunt etiam, & elixant, ut carnes citio ab ossibus separentur.

Octaua habetur in extrauag. s.ane. de simonia, vbi excommunicantur, tam dantes, quam accipientes ex pacto pecunias, epulas, iocalia, &c. pro ingressu Monasterij, nisi id sponte detur; & hoc tam in Monasterijs virorum, quam foeminarum.



Aduerte ex Caiet. verb. excommuni. cap. 73. id non habet locum, quando Monasterium est pauper, & accipitur in sufflationem ipsius Monialis. ita etiam habet Gloss. cap. non factus de simonia. quamvis Gloss. cap. quoniam. de simonia. id non prober, & videtur conforme iphi capiti: tamen Anton. 3. p. 24. cap. 67. & Silu. excommun. 7. §. 81. referunt, Martinu. Quantum declarasse vniuersaliter, non habere locum hanc extrauagantem in paciscentibus super doribus Monialium.

Nona habetur in extrauag. cum detestabile. de simonia. est Pauli II. Excommunicantur tria genera personarum moniaci in ordine, vel beneficio, intermedii, & procuratores simoniae, scientes predictorum aliquem, & non quanto manifestantes Papae, vel Camerario. vel Locum tenenti.

Aduerte quantum ad non reuelantes, non esse in usu extrauagantem, ut habet Tabien. v. simonia. num. 75. & Amver. simonia. §. 57. & Silu. v. simonia. §. 19. Qui autem simoni contrahunt hanc excommunicationem, an mentales, & conuentionales, dicemus, cum de simonia tractauimus currerit.

Decima habetur in extrauag. viam ambitiose. de regula, bi omnes fratres cuiuscumque ordinis mendicantium transferentes ad aliam Religionem, excepta Carthusianorum, si in loca Sedi Apostolicæ, excommunicantur ipso iure; similiter iphi recipientes tales.

Vndecima habetur in extrauag. graue nimis de religione. Sanct. Xysti. IV. & approbatur in Concilio Tridentino. sed in fin. Excommunicantur illi, qui affirmant peccare mortaliter, vel esse Hæreticos eos, qui defendunt Beatissimam De Matrem esse conceptam sine originali; & qui affirmant peccare eos, qui obseruant festum Conceptio nis, & qui adsumunt concionibus. Similiter etiam in contrariam partem excommunicantur illi, qui affirmant peccare mortaliter, vel esse Hæreticos eos, qui tenent contrarium, puta esse conceptam cum originali; neutra enim pars haetenus definita est; de fide undeque potest teneri absque mortali peccato, quamvis certius multo sit, & verius, esse sine illa macula conceptam, & ita nos credimus.

Dicitur